

TRIBUNAL
CONFESSARIORUM,
E T
ORDINANDORUM
CUM ADDITIONIBVS
Propositionum Damnatarum, & Bullæ Cruciatae.



TRIBUNAL
CONFESSARIORUM,
ET ORDINANDORUM

DECLINATO PROBABILITYMO, COMPLECTENS

stylo brevi, clara, ac firma Sententia, omnes usuratores materias Theo-
logico-morales juxta probabiliora, ac inconcussa Dogmata Angelici,
ac Quinti Ecclesiae Doctoris, D. THOMÆ AQUINATIS
Ordinis Prædicatorum, ejusque invictissimæ Scholæ:

SERVENS OMNIBUS THEOLOGIS MORALIBUS,
potissimum iis, qui sive pro animarum cura, aut Ordinum suscep-
tione, sive pro imponenda Theologiae Moralis studio coronide, vel de-
fendendis Thesibus moralibus methodo Thomistica arguere, exami-
nare, aut responsa dare cupiunt. Ipsi etiam pénitentibus, cuius-
cunque sint conditionis, perutile ac necessarium.

Opera, ac studio

R. P. MARTINI VVIGANDT

Ord. Prædic. SS. Theologix Magistri, ejusdemque in celeberrima,
& antiquissima Universitate Viennensi Doctoris, ac quondam
studii Generalis in Conventu Primi Moderatoris, seu Regentis.

EDITIO CÆTERIS CLARIOR, ET CORRECTIONI
A R. P. FRANCISCO VIDAL gemino Tractatu Propositio-
num Damnatarum, & Bullæ Cruciatæ aucta.



VENETIIS, MDCCXXXII.

Apud Nicolaum Pezzana.

SUPERIORVM PERMISSV, AC PRIVILEGIO.



SANCTO SANCTORUM, SACERDOTI IN ÆTERNUM, VERBO INCARNATO

Se, & verba sua Auctor consecrat.



Ancte Sanctorum, Sacerdos æterne, Judec Supreme; VERBUM CARO FACTUM; Benignis auribus percipe verba mea, quibus Sacerdotum tuorum TRIBUNAL ex sua infirmitate, inaccessibili adrepit, seque humillimè substernit MAJESTATIS TUÆ Solio. Felicitatem etenim querit in suo principio, & centro. Redit ad fontem, unde exivit. Ex alieno liberalis; quod tuum est, TIBI tribuo. Verba, quæ, & quot amplectitur, tua sunt, qui es Dux omnis Verbi. Doctrina mea, quæ in eis est, non est mea, sed est illius VERBI, quod ē Crucis pulpite paucis verbis, BENE SCRIPSTIT DE ME, THOMA, omnia THOMÆ AQUINATIS verba censuravit, approbavit, justificavit. TU VERBUM Patris es, Thomas (Adverbium Filii) BENE tuam, eructat Verbum bonum. Verba Thomæ à VERBO Patris probata sunt, testimonio indefinito, ideoque universali. Ergo absque omni proflus errore scripsit, qui censuratur, dum nec fallere, nec falli potest, qui censuratur, & probat. Quidni proin TRIBUNALIS hujus verba, infinitis TITULIS VERBO Patris debita, singulari sacrarem TIBI submissione? Judicium namque est mundi, ea propter ad Supremum appellat Judicem. TRIBUNAL Confessorum est, Tu ligandi, atque solvendi potestatem dedisti; aperis, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit. Examen Ordinandorum est, Tu Summus es Sacerdos, cuius Sponda Ecclesia est, sicut castrorum acies ordinata: tuique Sacerdotii Caracter noster est participium. TU VERBUM divinum es, munus, quod offero, divina sapit, quia Theologicum est. TU VERBUM practicum es, portans omnia VERBO virtutis tuæ, quo Cœli firmati sunt: ideoque Theologiam practicam TIBI dedico. Tu brevitatem amas. VERBUM es abbreviatum, hinc Theologiam abbreviatam iumenti quodammodo Theologici Moralismi Synopsis TIBI consecro. TIBI, inquam, qui scientiarum Dominus es, cuius Sapientia non est numerus: qui Sapientia tua attingis à fine usque ad finem fortiter, & disponis omnia suaviter in numero, pondere, & mensura. TIBI qui scibilis universi es ALPHA, & OMEGA; Theologorum omnium Vox, & Echo; Prophetarum inspirator; Apostolorum Magister; Evangelistarum Doctor; Doctorum vita. Doctores sine hoc VERBO sunt sicut corpus sine anima, in ipso vivimus, movemur, & sumus. Hoc VERBUM Doctorum Sol, & radius est, sine quo VERBO sunt sicut Celum sine Sole,

populus, Sic fit Sacerdos, rudis, Legis Dei ignarus, stupidus, carecere sacerdotali indignus.

Audite hæc Sacerdotes, & auscultate judicium Oseæ 5. Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fangaris mibi : Oseæ 4. ait Dominus ad Sacerdotem Curatum, Sanguinem commissi Gregis de manu ejus requirens. Ut ergo labia Sacerdotis custodiant scientiam, Malac. 2. & ne, dum cœcus Sacerdos populo cœcum ducatum prestat, ambo in foream cadant æternæ damnationis : Matth. 15. Pro subsilio cape hunc meum laborem, qui, si tibi placet, bene est; utere eo ad famosiorum Casuistarum intelligentiam. Si displiceret, vade tu, Zoile, & fac melius. Hoc unicum suadeo, probabiliorisnum amplectere, non quâ meum, sed quâ aliorum Sen- & Saniorum, quorum non sum dignus corrigiam calceamentorum solvere. Cæterum si quid in hoc Opus irreplisset à genuino Matri Ecclesiæ, vel Angelici Doctoris sensu alienum, millies revocatum esto.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per la Fede direvisione, & approbazione del P.F. Vincenzo Maria Mazzoleni Inquisitor General nel Libro intitolato *Tribunal Confessariorum, & Ordinandorum P. F. Martini Vigandt Ordinis Prædicatorum*; non v' esser cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Attestato del Segretario Nostro niente contro Prencipi, & buoni costumi, concediamo Licenza à Nicolo Pezzana Stampatore, che possi esser stampato, osservando gli ordini in materia di Stampa, e presentando le solite copie alle Publiche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. 18. Marzo 1705.

{ Ferigo Marcello Proc. Rif.
{ Girolamo Venier Cav. Proc. Rif.
{

Agostino Gadaldini Segr.

IN-



TRACTATUS PRIMUS, ET PRO O E M I A L I S.

De Requisitis in Confessario.



Ulla est disciplina , vel ars , etiam illiberalis , ac mechanica , cuius in Magistrum antequam quis creetur non sit Candidato subeundum examen ; vel opere ipso , sive artefacto comprobandum , quod eos in arte fecerit progressus , ut Magistrorum Catalogo possit merito accenseri : *Nam sunt plerique* (ait S. Gregor. in prolog. Pastor.) *qui dum metiri nesciunt , qua non didicerunt , docere concupiscunt* : *qui pondus Magisterii tanto levius astimant , quanto vim magnitudinis illius ignorant.* Et his vae ! & vel maximè vae illis , qui se , inscitiamque suam metiri nesciunt , cum qua animarum curæ , muneri , angelicis etiam humeris formidando , se accingunt ; sæpè quo stupidiores , eò ad id promptiores : quæstui temporali interdum magis , quam spirituali inhiantes . Hinc non mirum , quod animarum Curæ applicandi priùs cintentur ad Tribunal , rigidè examinandi , an Magisterio digni , inque aliorum Doctores , ac Judices sint creandi , necne . Pro quorum eruditione . Sit